



Universitätsbibliothek Paderborn

**Francisci Tvrriani Societatis Iesv, Aduersùs
Magdeburgenses Centuriatores pro Canonibus
Apostolorum, & Epistolis Decretalibus Pontificum
Apostolicorum, Libri Quinq[ue]**

**Torres, Francisco de
Coloniae, 1573**

VD16 T 1629

Cap. XIII. De Canonibus apostolorum renouatis, & interdùm citatis in
Antiochena Synodo, & vndè id constet. item quomodò & vbì Synodus
Ephesina Canones apostolorum citauerit nomine apostoloru[m]. ...

urn:nbn:de:hbz:466:1-29685

cessè est intelligere, cùm nullum alium Canonem dicere possit. aut dicant isti, qui omnia negant, quem alium Canonem dicat, si rationi & interpretibus credere nolunt. Prætereà in Canone 5. citat eadem Synodus Nicena Canones Apostolorum 12. & 32. Sic enim ait Synodus de excommunicatis, *Can. Apo. 12.* siue clerici sint, siue laici. Vigeat sententia secundùm Canonem, qui cauet, & 32. citati nè ab alijs excommunicati, ab alijs recipiantur. Atqui de laicis excommunicatis, nè ab alijs recipiantur, est Canon Apostolorum 12. De clericis vero *Synodi Nic.* est Canon 32. Itaq; Synodus Nicena Canonem vocavit hīc singulari numero vnam sententiam Apostolorum duobus canonibus compræhensam. Imitata est Synodus Nicena Epistolam Zephyrini Pontificis, qui Canones *Can. Apoſt.* Apostolorum, quos nunc habemus 85. vocat 70. sententias ab Apostolis re- 85. quo sensu lietas. Sic enim vterque numerus conuenit, si vna sententia pluribus quan- 70. sententie doquè canonibus compræhensa intelligatur: quod ego postea suo loco fin- à Zephyrino gulatim in pluribus exempli gratia docebo. Postremò, vt testimonia *Syn-* *vocati.* odi Nicenæ finiam, citauit etiam canonem Apostolorum 34. authore & teste Iulio Pontifice in rescripto contra Orientales. Vbi inter alios Canones Nicenos ponit vigesimum tertium, in quo Synodus Nicena postquam sen- tentiam illius Canonis Apostolorum 34. eisdem verbis renouauit, pœna *Can. Apoſt.* à se adiecta, subiungit: Iuxta sanctorum constituta Patrum. Legat qui vo- 34. citatus in luērit, & conferat vtrungq; Canonem, vt ipfis verbis conuictus, fateatur ci- *Canone Nic.* tatum esse ibi à Synodo Nicena Canonem Apostolorum. Quod si apud *in rescripto* istos authoritas Iulij, testimonium huic Canoni Niceno 23. tribuentis, non *Iulij ad ori-* valebit, qui omnia veterum scripta negant, quia aliter sua noua defendere *entes.* non possunt: valebit saltem apud eos, qui cùm canones Apostolorum non negent, libenter testimonia veritatis eorum legunt, & obseruant, quæ ijdē fortassis anteà non obseruārant. Sed de hoc canone Apostolorum 34. à Synodo Nicena citato, plura dicam paulo pōst.

De Canonibus Apostolorum renouatis, & interdum citatis in Antiocheno Synodo, & vnde id constet. item quomodo, & ubi Synodus Ephesina Canones Apostolorū citauerit nomine Apostolorū. prætereà de Canonibus Apostolorum citatis in Synodo Chalcedonensi, Gangreni, & Carthaginensi 2. & 5. & in Synodo Africana. Rursus de Canonibus citatis nomine Apostolorum in Synodo Nicena 2. & in 8. Constantinopolitana, & in altera 8. Constantinopolitana post illam priorem 8. item in Synodo Romana sub Gregorio 7. & in Synodo Triburensi, ac postremò in Tridentina. Cap. 14.

Veniamus iam ad Synodum Antiochenam, quæ annis 5. post mortem magni Constantini habita est, quæ quot canones sanxit, totidem canones Apostolorum & verbis & sententijs renouauit ac confirmauit. Quæ in ipso procēmio non obscurè significâsse & admonuisse mihi vi-

G 3 detur,



detur, nihil se nouum statuere, sed quæ optimè statuta erant, ea se confir-
mare, cùm ait: Quæ enim benè habere vīsa sunt, cum maiore nostra omniū
Episcoporum consideratione, iudicio & confirmatione, qui ex diuersis
prouincijs Antiochiaē conuénimus, ad notitiam vestram retulimus. Nec
hoc solum, sed in ipsis etiam canonibus interdūm Canones ecclesiæ tradi-
tos, id est, Canones Apostolorum singulatim citat, Vt in Canone secundo,

Can. Apost. 9. citatus, ac confirmatus in Syn. An. tioch. c. 2.

quo Canonem Apostolorum 9. renouans, eum, qui communionem cum excommunicatis habet, excommunicat: & subiungit causam tanquam qui confundat (inquit) Canonem ecclesiæ. Canonem dicit ecclesiæ traditum à sanctis Apostolis, qui est Canon Apostolorum 9. qui excommunicat communionem habentes cum excommunicatis. Idem quoq; obseruauit Zonaras Græcorum Canonum interpres, notatum esse hīc à Synodo Antiochenā Canonem Apostolorum. Item in Canone 3. renouat ac confirmat

Can. Apost. 15. & 16. confirmati in 3.

eadem Synodus Canones Apostolorum 15. & 16. Ad hos enim Canones retulit, quod in extrema parte huius tertij Canonis addidit, excommuni-
candum esse eum, qui clericos deiectos de gradu recipit, tanquam qui le-

Canone Syn. -di Antioch.

ges (inquit) ecclesiasticas soluat. Canones Apostolorum vocavit hic *θεούσιον οἰκλησιαστήσατο*, quod sint leges non scriptæ, & consuetudines traditione Apostolorum ad usum ecclesiæ institutæ. hoc enim significat, vt antè dixi, *θεούσιος*, quo verbo frequenter Dionysius Areopagita in eadem significatione uti solet. Clarius adhuc in Canone 9. eadem Antiochenā Synodus Canonem

Can. Apost. 34. confirmatus, & citatus in Canone 9. Syn. An. tioch.

Apost. 34. citat: postquam enim eisdem verbis eum repetiuit, subiungit: Secundum veterem Patrum nostrorum Canonem. Dicant ergo nobis, qui hīc etiam fortassē Canonem Apostolorum citari negant, cuius Synodi ante-
gressæ, aut quorum Patriū Canonem veterem hīc vocet: aut vocare pos-
sit? Si nullum alium reperire possunt, an non conuincuntur, citari hīc Ca-
nonem Apostolorum? hos enim Synodus meritò vocat Patres: & horum Canonem meritò veterem, siue potius, antiquum & prisca originis. hoc enim significat ἀρχῶν, quo verbo vīsa est Synodus. Præterea in Canone

Ex Can. Apost. stol. Can. Ans. tioch. 23. profe- ficiens.

23. Canonem Apostolorum citat, cùm iubet seruari legem Ecclesiasticæ consuetudinis de non constituendo Episcopo, nisi in conuentu Episcoporum, & eorū delectu & iudicio, idq; post mortem eius, qui prius erat Episcopus. Est autem hæc constitutio partim in libro 8. Clementis c. 4. partim in Canone Apostolorum 74. qui vetat Episcopo successorem eligere, quod nihil aliud hoc sit, quam Ecclesiam facere iuris hæreditarij: nemo enim te-
stamentum facit, quo hæredem relinquat, nisi dum viuit. Præterea Cano-

14. Canon. Apost. in 21. Antiocheno citatus. 24. Apostol. Can. in An. tioch. 41.

nem Apostolorum 14. qui prohibet, ne Episcopus relicta ecclesia sua, ad aliam se transferat, citat in Canone 21. cùm ait, secundum Canonem iam prius editum. nullus enim extabat eiusmodi præter illum Apostolicum. Rursus, eti in alijs plerisque etiam canonibus non obscure ipsis verbis, qui-
bus Synodus vītitur, nihil se nouum statuere, significat: hoc tamen clariss adhuc facit in Can. 24. qui est Canon Apost. 41. sic enim ait: Benè habet,
oportet

oportere bona ecclesiæ eidem ecclesiæ seruari. Benè enim habere, significat, rectè constitutum esse, Canone scilicet antiquo Apostolorum. Vnde Paschalis secundus, citans hunc Canonem, nonnullis verbis ex Antiocheno sumptis, sic ait inter decreta sua: Canonibus Apostolorum statutum est, ut omnium rerum ecclesiasticarum curam habeat Episcopus: & eas velut Deo contemplante, dispensem. Hoc enim extreum ex Canone Antiocheno sumpfit, totum tamen Apostolis tribuit.

Accedat deinceps testis Canonum Apostolorum sancta Synodus Epheſina, quæ tantæ authoritatis etiam apud Magdeb. erit, vt non sit verendum, nè næuum Synodo exprobratur sint. Interpretabor ad verbum, quod paulo antè promisi, decretum eius ex quarta actione: Sententia sanctæ Synodi Epheſinæ, pronunciata in causa Episcorum Cypri. Rem (inquit) præter id quod in iure ac more ecclesiastico positum est, & præter Canones sanctorum Apostolorum inusitatam, & ad libertatem omnium pertinéntem, Reginus Coëpiscopus, & cum eo Zenon & Euagrius, prouincia Cypri Episcopi nobis attulerunt. Vnde quia communes morbi maiori medicina opus habent, vt potè qui plius noceant, si nec antiqua consuetudo seruata fuerit, sed potius Episcopus Antiochia ordinationes in Cypro faciat, sicuti Episcopi Cypri tum per libellos, tum ore suo Synodo, ad quam conuenierunt, exposuere, decreuit Synodus, vt Episcopi, qui ecclesijs Cypri præsunt, teneant ius suum, ab omni aliorum violentia liberum, ordinandi secundum Canones sanctorum Patrum: & veterem consuetudinem, per seipso suos Coëpiscopos: id quod in alijs quoquè diœcesibus, & vbiq; in omnibus prouincijs seruabitur, vt nullus Episcopus aliam prouinciam, quæ non fuerit ab ipso ortu & principio sub potestate sua, id est, suorum antecessorum, occupet. Sed potius si quis eam occupauit, & sub potestatem suam per vim misit, vt restituat, nè Canones Patrum violetur: & nè superbia potestatis secularis simulatione operis pij irrepatur: & nos libertatem paulatim amittamus, quam Dominus noster Iesus Christus omnium liberatori, nobis suo sanguine donauit. Hactenùs sententia & decretum Synodi Epheſinæ. Antiqua vero & Ecclesiastica consuetudo, & Canones Apostolorum, quos Synodus Epheſina nomine Apostolorum in hoc decreto citauit, sunt Canones Apostolorum 34. & 35. vt idem Zonaras quoq; obseruauit. Hæc ergo citatio Canonum, expresso nomine Apostolorū in Synodo Epheſina, tantæ profecto antiquitatis & authoritatis est, vt homini citati. bus aliqui iudicij & non morosis, fidem facere debeat, citari quoq; eosdem Canones Apostolorum in Synodo Nicena & Antiochena in ijs locis & canonibus, quos paulo antè obseruauimus: præsertim cū verbis ipsis Canonum inter se collatis, satis, vt opinor, id à nobis iam demonstratū sit. Sequitur, vt de Synodo Chalcedonensi videamus, quæ in Canone suo 12. tati in can. Canones quoquè Apostolorum citat, vbl, quod quidam committebant, vt xy. Syn. Chalcedonen authoritate principum secularium per Pragmaticam formā eorum ciuitates

tates fierent Metropoles, ex quo siebat, ut una prouincia in duas diuideatur: hoc, inquam, fieri dicit *παραγγεληστικούς θεομόδος* id est, prēter ius ecclesiastice consuetudinis. hoc enim significare, ut antē dixi, *θεομόδος*, consuetudinem scilicet non scriptam, id est, quod sine scripto traditum est, à magnis authoribus est obseruatum. Quarē si sextum Canonem Nicenæ Synodi Synodus Chalcedonensis citare voluisset, nunquām hoc verbo vfa esset, quod in Apostolica potius statuta, quām in Nicena conuenit. Est autem huiusmodi diuisio prouinciarum prēter Canonem Apostolorum 34. diuīsa enim prouincia, fit, ut non vnum Metropolitanum agnoscant, qui à principio secundūm Canonem Apostolicum agnoscabant. Est prēterea prēter Canonem Apostolorum 30. qui vetat, ut ullus autoritate alicuius laici vsus, honorem Episcopi consequatur, ut quidem consequitur, qui honore Metropolitani, gratia principis secularis afficitur. Rursus in Canone

Can. Apost. 22. adhuc clariūs Canonem Apostolorum 40. citat, qui iubet, ut bona Episcopi à bonis Ecclesiasticis sint separata, nē accidat, ut ecclesia damnum faciat, dum bona Episcopi ignorantur: aut Episcopus, dum bona ecclesiæ atque ita dilapsis bonis Episcopi, propinqui eius mendicare cogantur: & post mortem male audiat Episcopus. Prohibet igitur Synodus Chalcedonensis, nē clerici bona Episcopi post mortem eius diripient, sicut (inquit) antiquis canonibus yetitum est. In nulla autem Synodo ante Chalcedonensem est Canon de re hac, nisi in Antiochena Canon 24. eadem sententia, & eisdem verbis cum Canone Apostolorum, longè autem probabilius est,

*Gangrensis
Syn. Cano.
Apost. citat.* cū Canones antiquos dicit Chalcedonensis Synodus, vt Canones Apostolorum dicat, quām Canones Synodi Antiochenæ. Deindē Synodus Gangrensis, quæ post Nicenam in Paphlagonia habita est. Canones quoque Apostolorum citat, cū Eustachij nouitates damnans, in suorum Canonum aduersus illum peroratione, Hæc (inquit) scribimus, non quidē, quod eos ex ecclesia ejiciamus, qui volunt in ecclesia secundūm scripturas esse ascetici, id est, volunt exercere se exercitationibus corporalibus ad pietatem relatis: sed eos, qui hoc genus vitæ ad superbiam suscipiant, efferentes se in eos, qui simplicius vivunt, nouitates prēter scripturas & ecclesiasticos Canones inducentes. Et rursus in extrema parte huius perorationis, &, ut summātum (inquit) dicamus, optamus fieri in ecclesia, quæ à sanctis scripturis & Apostolicis traditionibus tradita sunt. Quos paulò suprà dixerat Canones ecclesiasticos, coniungens eos cum scripturis, dixit hic Apostolicas traditiones, coniungens item cum scripturis. Ut iam necessè sit intelligere, nihil aliud esse Canones Apostolorum, quām traditiones Apostolorum in ecclesia relictas, ad quas, ceu ad normas & regulas, omnia in Ecclesia honestè & ordine dirigenda sint: yndē Canones Ecclesiasticis sunt, & dicuntur: qui quidem sunt velut nerui quidam, qui statum & salutem ecclesiæ continent & conseruant, ut ex Canone Synodi Africanæ 65. & 66. intelligi potest. Sic verò intellexisse Synodum Gangrensem, illud etiam testimonio est,

*Can. nerii
Ecclesie.*

est, quod quæ istis canonibus Synodus contra Eustachium sanxit, aut secundum scripturas, aut secundum Canones Apostolorum sanxit. Vt illud, Quos Cano.
Apostol. Gano
grenses pa-
tres in suis
Can. sint se-
cubis. quod est in Can. 6. de eo qui contempta ecclesia, seorsum congregat, sanctum est secundum Canonem Apostolorum 31. & Canonem 9. & quod est in Canone 7. de eo qui oblationes ecclesiasticas præter voluntatem Episcopi accipere vult, sanctum est secundum Canonem Apost. 41. Item quod est in Canone 11. de agapis, sanctum quoquæ est secundum constitutionem Apostolorum de conuiuijs pauperum, quæ est in libro secundo Clementis de constitutionibus Apostolorum. Postremò, quod est in Canone 19. de eo, qui ieiunia in commune tradita violat, sanctum est secundum Canonem Apostolorum 69. Adhæc Synodus Carthaginensis secunda, Valentiano Imperatore habita, Canones quoquæ sanctorum Apostolorum citat, cùm sanciens Canone suo secundo continentiam sacerdotum & Leuitarum, subiungit: Vt, quod Apostoli docuerunt, & ex ipsa antiquitate tenetur, nos quoquæ custodiamus, id est, vt custodiamus quod tum scripto, Can. Apost. 5.
citatus in
Syn. Carth. 2.
in c. 2. tum sine scripto per longam consuetudinem traditum est. sic enim Zonaras quoquæ in suis canonum explicationibus interpretatus est. Interrogamus ergò istos, qui Canones Apostolorum in Synodis citari negant, ad quā aliam originem referri possit hoc, quod antiqua etiam consuetudine tene-ri Synodus affirmat, præterquam ad regulam de continentia seruanda Ecclæ traditam, quam usque in hodiernum diem tenet ecclesia Romana, & tenuit semper orientalis ecclæ antiquitas, vt à nobis in libris de dogmaticis characteribus verbi Dei, multis veterum Patrum testimonij demonstratum est. Est autem hæc regula, siue Canon, à sanctis Apostolis traditus, & à Clemente Romano literis mandatus, qui iubet, nè Episcopus, presbyter, aut diaconus, vxorem suam prætextu religionis ejiciat. Quod si sacerdos & diaconus non tenerentur religione continendi se ab uxore, quorūm Canon vetaret, nè prætextu religionis uxorem ejicerent? aut cur hoc magis vetatur istis, quam laicis? Quia ergo abstinere quidem debent ab uxoribus, sed eas tamen curare & alere, ac tanquam forores habere debent, idcirco iubet Canon, nè religione ista continendi, qua tenentur, prætexant inhumanitatem non curandi illas & alendi, quia non sit eis utendum ut uxoribus, sed habenda sint, tanquam non habeantur, sicut Apostolus ait. I. Cor. 7. Hoc ipsum rursus statuit Synodus Carthaginensis 2. citans adhuc clariū Canones Apostolorum. sic enim ait Cap. 2. Præterea cùm de quorundam clericorum erga uxores proprias incontinentia referretur, placuit, Episcopos, presbyteros, & diaconos secundum propria statuta ab uxoribus abstinerere. Græce est κατὰ τὸν ιερόθεου. Canones enim vocavit ἕρεσις, ut frequentissimè vocari solent. Dixit autem Synodus debere istos abstinere secundum suos Canones, siue secundum sua propria statuta: quia alij clerici non habent suos proprios de continentia Canones, quos seruare necesse sit, sed tantum varias consuetudines, secundum quas aut abstinere debeat, aut

H non



non debeant, iuxta hunc Canonem, & iuxta Canonem 37. concilij Africani, qui iubet etiam ceteros clericos, praeter sacerdotes & diaconos, non cogi ad hoc, sed secundum (inquit) vniuersitatem ecclesiæ consuetudinem obseruari debere. Rursum eadem Synodus Carthaginiensis secunda c. 8. Si quis (inquit) presbyter ab Episcopo suo correctus, aut excommunicatus, tumore vel superbia inflatus, putauerit separatum Deo sacrificia offerenda: vel aliud erigendum altare contra ecclesiasticā fidē, disciplināq; crediderit, non exeat impunitus. Valentinus primus sedis Numidiæ Episcopus dixit, Necessariò disciplinæ ecclesiasticæ & fidei congrua sunt, & quæ se-

Can. Apost. quantur. Disciplinam ecclesiasticam vocavit hoc loco Synodus regulam 31. citatus in ecclesiæ traditam, quæ est regula siue Canon Apostolorum 31. cum quo can. 8. Synod. congruit hoc Synodi decretum. sic enim ait Canon Apostolorum: Si quis

Carthag. 2. presbyter, contempto Episcopo, seorsum congreget, & aliud altare erigat, cum tamen Episcopum de fide religionis non condemnaret, deponatur. Quandiū enim catholicus est, & non hereticus, contra fidem ecclesiæ & regulam eius facit presbyter, qui altare aliud erigit. Idcirco Synodus intuens in hanc regulam siue Canonem ecclesiæ, à sanctis Apostolis traditum, si putauerit, inquit, aliud altare erigendum contra ecclesiasticam fidem & disciplinam. Græci verò in istis eisdem locis proximè notatis dicunt contra κατάστασιν ἐκκλησιαστικήν, id est, statum ecclesiæ. Ut iam vel hinc intelligere liceat, eos qui Canones Apostolorum ecclesiæ traditos negant, aut virtutem vocis ignorare, aut putare, reliquæ Apostolos ecclesiam sine disciplina & certo statu: siquidem disciplina & status Ecclesiæ, canonibus ceuneruis continetur. Hinc Inno centius primus in præfatione regularū Apostolicarum ad Viterbiensem, de quibus anteā commemorauit, quas priùs vocauerat regulas, statim vocavit digestas vitæ & morum disciplinas. Rursum Synodus Africana cap. 32. decreuit, ut quia Equitus Episcopus iuste damnatus erat, mitteretur aliquis legatus, ut si forte eum in illis locis, ubi fuerat Episcopus, reperiret, curaret aduersus illum, quicquid posset & oporteret, pro defensione statûs siue disciplinæ ecclesiasticæ. Quis dubitate potest, quin hoc, quod de disciplina & statu ecclesiæ defendendo, hoc loco dixit Synodus, pertinere voluerit ad Canonem Apostolorum 28. qui iubet, ut si Episcopus iuste depositus pro manifestis criminibus, ausus fuerit ministerium, quod aliquandò ei commissum fuit, attingere, omnino ab ecclesia absindatur?

Can. Apostol. Rursum adhuc eadem Synodus cap. 54. id quod ex 34. citatus in Conc. Mileuitano c. 14. repetitum est. Sed illud (inquit) scimus, inuolatam semper manisse ecclesiasticam disciplinam, ita ut nullus fratrumprioribus suis se aliquandò auderet anteponere. Et paulopd: Quæ antiquorum sententia statuta sunt, nostro consensu mancipabuntur. Ad Canonem Apostolorum 34. retulit hoc, qui iubet, ut omnes cuiuscunque gentis siue nationis Episcopi suum primum agnoscant: & nihil præter ea, quæ ad cuiusque ecclesiam priuatim pertinent, sine illius sententia agere audeant.

Et

LIBER PRIMVS.

59

Et paulop̄t eadem Synodus clariū adhuc hunc Canonem citans: Omnes (inquit) Episcopi dixerunt, Hic ordo & à patribus, & ab antiquis seruatus est: & à nobis, concedente Deo, seruabitur, seruato iure Primatum Numidiae & Mauritaniae, Parres distinxit à Maioribus, sive ab antiquis, quos Synodus Græcē vocavit ἀρχαῖοις, ut Apostolos proprietate verbi significaret, quos patres Africani fecuti sunt. De hoc ordine ecclesiarum, & de hac disciplina meminit etiā sanctus Anacletus in Epist. 3. scribit enim, illas Metropoles, quæ priscis temporibus primatū tenebant, quia erant scilicet capita plurium prouinciarum, primas omnium esse: & Patriarchas sive Primates à beato Petro & Clemente accepisse: eas vero Metropoles, quæ singularum prouinciarum capita fuerant, accepisse Metropolitanos, esse quæ primas ciuitates infra illas Patriarcharum, sive Primatum. Inter alias vero ciuitates, quæ in unaquaque prouincia sunt, illas esse primas, quæ à sanctis Apostolis, & à Clemente, sive ab Anacleto primos prædicatores acceperunt: quas se ait descripsisse in matricula, ut vulgo dicitur, quam vocat to- Can. Apostol.
 num, & Synodus Africana vocat μαργίνιον & ἀρχαῖοτυπον, & subiungit idem 34. ipud Anas Anacletus Canonem Apostolorum 34. inquiens: Inde nanque & Apostoli clerum collas
 inter se statuerunt, ut Episcopi singularum gentium scirent, quis inter eos tus cum Syn.
 esset primus. Hęc igitur omnia qui conferre inter se, & cum Synodo Afric. can.
 cana voluerint, facile intelligent, agnouisse Synodum Africanam Cano-
 nem Apostolorum, & disciplinam ecclesiæ traditam de ordine Episcopo-
 rum seruando, qui inter eos primi essent, & qui infra primos: & Epistolam
 Anacleti, quæ de hoc ordine scribit: retulisseq; ad hunc Canonem Aposto-
 lorum, & ad epistolam Anacleti, quod eadem Synodus Africana dixit, Hic
 ordo à patribus & ab antiquis seruatus est. Citat præterea eadem Synodus Can. Apost. I.
 in cap. 16. Canonem primum Apostolorum. Sic enim ait: Aurelius Epi- citatus in Syn.
 scopus dixit, Antiquus Canō seruabitur, ut non pauciores quam tres,
 qui decreti sunt, sufficient ad ordinationem Episcopi. Græcē est ἀρχαῖο-
 τυπο. Typum enim vocat Canonem, ut ipsi quoquè Græcorū Canonum
 interpretes notārunt, pro quo formā dixerunt Latini patres. Quod si forte
 Magdeb. hęc quoquè negent citatum esse Canonem Apostolorum, edisse-
 rant nobis, si possunt, quam formam antiquam seruaturā se Synodus pol-
 liceatur? aut quidaliud sunt Canones Apostolorum, quam formę ecclesia-
 sticę? Veniamus iam ad Synodū 7. id est, ad secundam Nicenam Oecume-
 nicam, quæ non semel & iterum, sed sibi Canones Apostol. rum, & qui-
 dem nominatim citat. Sic enim ait in primo Canone: Et diuinos Canones Synodus II.
 amplectimur: & integrā ac firmā ipsorum constitutionem, quos san- Nicena Cano-
 ctī Apostoli, spiritū sancti clarissimæ tubæ, ediderunt. Item in Canone 5. nes Apost. citatus in
 citat Canonem Apostolorum 29. In eum enim qui precio ordinatus est, 29. citatus in
 Fiat (inquit) secundūm Canonem Apostolorum, qui ait: Si quis Episcopus 2. can. Syn.
 pecunia hanc dignitatem obtinuerit, aut presbyter vel diaconus, priuetur Nic. 2.
 omnī nō communione, ut Simon magus à me Petro. Rursus in Canone 10. Canon Apost.
 6. citatus in ca. x. Syn. Nic.

H 2

Canonem ca. x. Syn. Nic.



Canonem Apostolorum sextum citat, cùm ait: Non licet illis, scilicet presbiteris, mundanas vitæ curas suscipere, ut potè prohibitas à diuinis canonibus. Præterea in Canone 12. product & recitat Canonem Apostolorum can. 12. Syn. 38. in eum enim, qui bona ecclesiæ alienat, siue Episcopus, siue abbas monasterij sit. Sit, inquit, irritum secundum Canonem Apostolorum, qui ait, Omnim̄ bonorum ecclesiasticorum, & quæ sequuntur. Præterea Synod. 8. quæ Ioanne Pont. Rom. ccclxxxiiij. patrum Constantinopoli habita est, cui præfuerunt legati Pont. Petrus presbyter, Paulus Anconitanus, & Eugenius Episcopus Ostiensis, grauiissimum & sanctissimum testimonium canonibus Apostolorum dedit. Cùm enim Basilius Imperator confessionem fidei ab eis posceret, qui locum Pontificis tenebant, ijsq; sicut in sexta Actione scriptum est, responderent, non decere alium canonom nominari præter veteres, qui in cuncto orbe vigerent, peterentq; vt de omnium sententia legerentur ac confirmarentur, Photius Patriarcha Constantinop. dixit: Iudicio omnium fratrum & consacerdotum nostrorum legantur. Ac Petrus quidem diaconus & protonotarius legit, inquiens: Domini & Salvatoris nostri Iesu Christi diuinam, & veneratione dignam doctrinam, sinu mentis complectimur: & voluntate non discrepante, ac puritate fidei fundati, sanctorum quoquæ Apostolorum constitutiones, & canonicas formas iudicio verissimo seruamus: quintam 7. Synodorum Oecumenicarum, vt quæ vnius spiritus sancti afflatu directæ & actæ sunt, prædicationem & canones sanos, & non depravatos, sincera & constanti sententia, vt sanctos honoramus & custodimus. & quæ sequuntur. An non est hæc grauissima & celeberrima canonum Apostolorum citatio, qui iudicio ac sententia ccclxxxiiij. Patrum, secundo loco post Evangelicam doctrinam collati sunt: & eos per cunctum orbem vigere, & constanti sententia & pietate à Synodo honorari & custodiri pronunciatur? Præterea etiam Constantinopolitana Synodus, quæ Photio Patriarcha Constantinopol. post 8. illam in templo sanctorum Apostolorum habita est, quæ canones 17. VIII. Can. edidit, canones quoquæ Apostolorum nominatim citat. vt in canone 8. quæ Apostol. citat aduersus eos sanxit, qui alias faciunt eunuchos, canonem Apostolorum 22. citat: sic enim ait Synodus: Diuinus & fater sanctorum canon eos, qui se faciunt eunuchos, imperfectores suū esse iudicat, & quæ sequuntur. Rursus canonem Apostolorum 27. citat in canone suo 9. in eos clericos fanciat. Apostol. to, qui canonem Apostolorum iubentem, nè sacerdotes ullum verberent, 22. citatus in male interpretabatur. Sic enim incipit: Cùm Apostolicus & diuinus canon canone 8. Syn. sacerdotes, qui fideles, qui peccârunt, & infideles, qui iniuriam fecerunt, Constantino. verberant, mouendos esse gradu decernat, qui iræ indulgentes, & Apostol. sub Photio, licas constitutiones depravantes, interpretati sunt, prohibere canonem, nè 27. in 9. liceat sacerdotibus manu propria verberare: non autem, nè liceat manu aliena, jubendo alteri, vt verberet, cùm hoc neque canon dicat, neque ratione intelligere permittat, & quæ sequuntur. Item in canone 11. citat canonnes

nes Apostolorum 7. & 83. Sic enim ait: Presbyteros vel diaconos, qui curas ^{tus 7. & 83.}
aut magistratus mundi suscipiunt, aut eas, quas in dominibus principum vo- ^{Apost. can.}
cant procuratorias, diuini & sacri canones deponi iubent. Hoc igitur & nos
confirmantes, idem in reliquos clericos statuimus, & reliqua.

Præterea in Synodo Parisiensi, ex Episcopis Gallis dicecesis Senonen. Tu-
ronen. Rhotomagen. Ludouico & filio eius Lothario Imperatoribus, ante
annos septingentos & amplius citatus est, & recitatus ad verbū canon Apostol. 41. nomine Apostolorum. Sic enim ait c. 15. fanciens, ut Episcopus ha-
beat Oeconomum ecclesiarum, qui res ecclesiæ secundum sententiam Episcopi
dispenseret: quod si hoc non fecerit, diuinis constitutionibus subiacebit in ca-
nonibus, qui Apostolorum titulo prænotantur, titulo 41. ita legitur: Dein-
dè recitatur Canon ad verbum. Rursus cap. 26. Irrepsit (inquit) inter cœte-
ra, quæ ecclesiasticae authoritati, immò diuinæ contraeunt, miserabilis &
periculosa nostri temporis consuetudo, quæ valde à veritate canonica ab-
horret, eō quod Episcoporum cœilia bis in anno, sicut mos canonicus do-
cet, per vnamquaque prouinciam nō sunt. Mōrem canonici vocavit, mo- ^{Itē 37. & 33.}
rem sive consuetudinem Apostolico Canone 37. sanctitatem Synodis bis quoq
anno habendis. quod vel ex eo constat, quod non seruari hoc, contrarium di-
uinæ authoritati esse dixit: in quo sat̄ significauit Canonem Apostolicum.
Deindè cap. 36. Priscis (inquit) temporibus, quandō iura Canonum suum
seruabant vigorem, nullus clericorum parœciā suā relinquere, & ad aliā,
sine Episcopi sui commenda titijs literis, audebat quoquo modo pergere.
nostrī verò temporis miserabilis inoleuit consuetudo: & paulopost, Quod
quantum & à diuina & à canonica authoritate discordet, in promptu est.
Cùm dicit, discordare à diuina & canonica authoritate, proficiunt clericos
ad alias ecclesiæ sine literis commendatitijs, satis clare Canonem Apostolo-
rum 33. denotauit, quo cautum est, nē Episcopus, aut presbyter, aut dia-
conus, cum peregrinantur, sine literis commendatitijs recipiantur.

Item Synodus Romana sub Gregorio 7. in Canone suo secundo Canone
Apostolorum 25. citat, cùm ait: Quoniam inuestituras cōtra statuta sanctorum
patrum à laicis in multis partibus nouimus fieri, decernimus, ut nullus
clericorum inuestituras Episcopatis, vel abbatiae, vel ecclesiæ de manu
Imperatoris, vel regis, vel alicuius laicæ personæ viri vel foeminae suscipiat,
& si præsumperit, recognoscatur, inuestitoram illam Apostolica authoritate
irritam esse: & se vñq ad dignam satisfactionem excommunicationi subiacere.
Si autem Magd. more suo cauillari voluerint, non citari hīc Canonem
Apostolorum, ostendant ipsi, si possunt, antiquius statutum sanctorum pa-
triū, quod Romana Synodus citare potuerit, aut debuerit; quām istud san-
ctorum Apostolorū, in quo legūt prohibitum, nē quis vñs magistratibus,
regibus, principibus seculi, aut imperatoribus, quos vno omnes vocabulo
complexus canon κομικὸς ἐρχοντας vocat, ecclesiām obtineat: & qui obtinet,
deponitur, & excōmunicatur, tam diu scilicet, donēc dignē satisfaciat, sicut

^{Cano. Apost.}
^{30. citatus in}
^{2. can. Synod.}
^{Rom. sub}
^{Greg. 7.}

H 3 Roma-

Romana Synodus interpretata est. Quòd si ostendinon potest grauius de
hac re statutum, neq; quod ità p;riè & verè sanctorum patrum dici debeat;
Can. Apost. quæ ista tanta perueritas ac malignitas istorum, vt negare audeant citari
11. citatus in hic canonem Apostolorum? Deindè Synodus Triburienſis 22. Episcoporu
cap. 2. *Synodi* Germanorum ante annos sexcentos, canonem Apostolorum 11. de nō oran-
Triburienſis. do cum excommunicatis, citauit in cap. 2. Postremò Synodus Tridentina
Can. Apostol. 300. ferè Patrum, tot actatæ Synodos antiquas secura, ipsa etiam canonem
38. citatus in Apostolorum 38. citat Sess. 25. cap. 1. de reformatione.
Syn. Trident.

De testimonio, quod sexta Synodus canonibus Apostolorum in tercio Ca-
none tribuit secundum confessionem Magd. & quomodo illud eludent ridi-
cule, & responsio ad id, quod ex Leone 9. obijciunt, & de 50. capitulis, que
ab eo feruntur approbata, & de libro Apocrypho Canonum Apostolorum
apud Gelasium: & de Canonibus Apostolorum, à beato Gelasio in epistolis
& decretis suis citatis, item de beato Isidoro, quid ille de Canonibus Aposto-
lorum senserit, & quid de eo respondendum sit Magdeb. Cap. 15.

HAstenius de citatiōe Canonum Apostolorum in Synodis, tum Oecu-
menicis, tum prouincialibus. Iaſtent ergò nūc Magd. illud suū com-
mentum, quod in centuria i. his verbis scripferunt: Et conſtat, in nul-
la alia Synodo eos Canones pro authenticis & Apostolorum esse receptos,
quām in sexta Constantino politana, quæ celebrata est circiter annū Domini
675. Nam eius Canon secundus ſi habet: Placuit huic sanctæ Synodo, vt
à modò confirmata & rata ſint Canonum Apostolorum 85. Capitula.]
Haſtenius Magd. Conſitentur ergò iſti boni viri receptos esse pro authenticis & Apostolorum canonibus iſtos 85. Sed videamus nunc, quomodo hoc
sexta Synodi testimonium, quod ccxxvij. patres in Synodico conuentu ca-
nonibus Apostolorum dederunt, refellant: Quia conſtat, inquit, in nulla
alia Synodo pro authenticis & Apostolorū esse receptos. Sic ergò cogitasse
mihi videntur, quaſi testimonium vnius Synodi, vnius testis testimonium
effet. Vnius autem testimonium conſtat non facere fidem, cum scriptum sit
in lege, In ore duorum vel trium stabit omne verbum. Itaq; obliti, quo te-
ſtes in vna Synodo sexta aduersus suam opinionem citauiffent, exducen-
tis vigintiseptem testibus vnum testem fecerunt, quia vna Synodus effet, &
testis à Magd. non 227. Synodi. Videat ergò quadriga Magdeburgensium, an eorum testi-
monium testimonio 227. patrum ſit ſatis conuictum. Eſto, nulla alia Syno-
dus effet, vt ipſi finixerūt, quæ canonibus Apostolorum uſa fuiffet: & eos p
testimonio authentico & Apostolico citauiffet, vt quidem ſunt multæ, vt à
nobis ſatis ſuperq; haſtenius demonstratum eſt. Subiunxerunt deinceps
Magd. ad refellendum testimonium sexta Synodi: Neq; tamen defuerunt,
qui negarent effe Apostolorum, nam Leo 9. qui circa annum Domini 1049.
contra